e-codices

cusserunt. Quartus orationes tuas et
elemosinas deo presentare. et pro nobis ora
re. Thob. Quando orabas cum lacrimis. Quintus
viam ostendere. Thob. Ego sanum ducam
et reducam. Sextus est in agendis do
cere. Zach. ii. de angelo qui iussit eum de
iiii fabris. Septimus est secreta et alia se
creta revelare. Thob. Ego sum Raphael
angelus. Octavus est a peccatis excitare.
Act. Surge velociter. Nonus ad fervo
rem excitare. iii Reg. Surge grandis enim tibi
restat via. Decimus est consolari. Thob.
Forti animo esto in proximo est ut a deo cure
Undecimus est de peccato increpare. Iud.
Dixit angelus populo israel. cur hoc fecistis.
Duodecimus est potestates contrarias cohercere
ne tantum noceant quantum vellent. Thob. An
gelus ligavit demonium asmodeum no
mine. Angeli sciunt nobis propter tan
tum scilicet propter ruine sue reparationem. homines enim sal
vandi intrabunt locum cadencium ange
lorum. Item propter meriti accidentalis cumulationem
quod augetur in eis usque ad diem iu
dicii. Item propter amoris erga nos demon
strationem. Duo attribuunt angelo tres
actus scilicet purgare. illuminare. et perficere. Purgant
itaque angeli amovendo fantasmata
que impediunt illuminationem quam intendit
facere nobis. unde tamen removent ab anima
scilicet ignorantiam et nubila fantasiarum ac
falsas opiniones phicarum rerum reve
lationi contrariarum. Illuminant vero animam tripliciter. scilicet
ad sensum ut patet quando manifestat se in as
sumpto corpore. Item ad intellectum. et talis illumi
natio solum perfecta est. Modus autem quo angelus
non illuminat intellectum efficiendo cognitio
nem in anima. quia non potest intellectui novam speciem
imprimere. nec habitum novi luminis dare. sed non

⁊ hāc ptāte ⁊ dyabolꝰ hẽt.

eius intentionem quo vult convertere. Hec enim ta
recitavit ut intellectus noster ad intelligat
scilicet species qua cognoscatur et lumen in quo
cognoscatur et intentionem quo convertat se in
tellectus super speciem. Illuminat autem intellectum
nostrum tamen excitando et disponendo. Fa
cit enim ut dum est in fantasia transmutationes
specierum componendo et dividendo secundum exigenci
am rei quam vult revelare. Item irradi
at lumen intellectus sui super illas ut move
ant intellectum nostrum. et sic pura et subtilio
ra videri possunt in lumine duplicato. Item ex
citat intentionem anime in aliquo motu ut se
convertat super illa fantasmata abstrahen
do ab aliis. Proficiunt et id est promovent
ad melius. Utrum angelus incendere pos
sit affectum humanum. non quia hoc triplex potest
intelligi. scilicet vel efficiendo vel movendo vel ex
citando et adiuvando. Primo modo solus deus in
flammare potest affectum. Secundo modo ipsum de
sideratum inflammat affectum. Tertio modo potest
angelus affectum nostrum incendere. De istis
habemus exemplum in naturis. quia primo modo ignis accen
dit ligna. Secundo modo ligna accendunt ig
nem. Tertio modo qui ligna igni apponit ig
nem igne incendit. Differentia est inter
inmittere cogitationem et incendere et mentem
illuminare. quia cogitationem inmittere ut dicit
Beda est interius excitare et facere cogitatio
nes. incendere est cogitationem iam factam
inflammare. Illuminare vero est dare revela
tionem de aliquo occulto intelligibili.

De verbo locutione angelorum. xix.

Verbum triplex est scilicet mentis. oris. operis.
Verbo mentis loquitur deus angelis suis. et econverso. Item
deus anime et econverso. Item diabolus deo. cui tamen intentio
dum latere non potest. Verbo oris loquitur homo
homini. et angelus homini in corpore assumpto. Set

License: CC-BY-NC – Aarau, Aargauer Kantonsbibliothek, MsWettF 15, f. f.%2021r – Hugo Argentinensis; Guilelmus Rothwell (http://www.e-codices.ch/en/kba/WettF0015/f.%2021r)